

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant**

**Tacitus, Cornelius**

**Antverpiae, 1668**

Ad Germaniam excursus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](#)

## IVSTI LIPSI

AD

C. CORNELII TACITI  
GERMANIAM  
EXCVRSVS.

A.

PAG. 440.

Pro Germanorum castitate.



ERMANOS liberatum ire volui. à fœdâ auersa Veneris notâ: & ecce ego non sine notâ. Nam quidam me culpat (modestè tamen fateor, nec planè αλόγως) quod temerè mendacem dixerim Athenæum. Ab eo enim, inquit, Diodorus, Aristotleles, Strabo. Primus quidem, de Celtis sic scribit: Γερμαῖναι δὲ ἔχοντες θεοὺς τε καὶ μύσα ταῦτας προσεχεῖσθαι, αἱλλὰ τερπεῖσθαι, ἀπέρων συμπλοκαῖς ἐπιτόποις λυσάσθαι. & quæ subdit, turpia mihi nimis, turpia relatu. At Aristotleles VII. Polit. Plerasque militares gentes, & Celtas in ijs, matculum cœtum palam admisisse. Iam Strabo, negat turpe apud eos fuisse τὸ δὲ ἀνηνὲς αἰσθῆν τὴν φερεῖσθαι: florem ætatis prostituere iuniores. Quid ad hos ego? ignosce quisquis legis, pœnè idem quod in Athenæum. Falsi inquam isti, falsi: si tamen de Germanis hoc scripserunt, ac senserunt, non potius de Gallis. Quod ego omnino assero: præsertim de ijs qui Massilia & Italia magis propinquai. Ab eâ parte labes hac in candidam per se gentem. Nonne mores Massilienses prouerbio, ab hac mollitie innotuerent? Græci ergo illi, qui vix limen illud ipsum Gallæ nouerant (Germania certè penetral numquam) illuc repertum vitium famâ & stilo sparserunt perperam in omnes. Non mihi creditur? Tacito igitur nostro, qui disertè hoc ipso loco scribit (ex vestrâ quidem mente) molles istos & flagitosos cæno & palu de mersos, crate iniectâ. Tuam fidem, ô optime. Si fidi illi Græci, & si vitium hoc tam commune Germanis, tam receptum: qui constat ut idem tam severiter illud puniant? Itaque ne sic quidem Germani inquinabuntur, etiamsi inquinata illa lectio retinebitur. Nec tamen à me, qui haud paullò tutius Tacito & in primis Fabio (qui claris verbis ignotum id flagitium Germanis asserit, te dissimulante) hic crediderim, quam Græcis. Quippe isti leui & longinquâ famâ aliquid de eâ gente acceperunt: at illorum aeo, cognita iam Germania, imò lustrata Romanis & calcata.

Gallia pars  
olim in mu-  
liebre mor-  
bo.Græci emi-  
nus res Ger-  
maniae no-  
uerunt.  
Purgat pa-  
lam Germanos Tacitus.  
Etiam  
Quintilia-  
nus.